

vite. que lex est vt si vere peniteat misericor-
diam consequantur et saluentur sin autem
non eternaliter puniantur tanq̄ sua mise-
ricordia abutētes.

Diriget māuetos humiles et quietos
in iudicio cum eos a reprobis discernet
et ne declinenta via recta mites docebit
vias suas quibus ad se peruenire possint
Aniverse vie domini licet sint innume-
rabiles. comprehenduntur tamen sub dua-
bus que in omni opere domini simul sunt.
I. misericordia et veritas misericordia
quia preuenit cuncta bonitate. veritas. quia
omnia sub integritate dijudicat. et hoc pa-
tet requirentibus testamentum no-
uum i quo christus legitur passus et mortu-
us pro redemptione nostra et requirentib⁹
oracula pphetarum que manifeste hoc
testantur.

Propter gloriā nominis tui domi-
ne qd est dulce et suave. ppiciaberis ob-
latio tibi sacrificio spiritus contribulati pec-
cato meo ipsum remittendo multus est
enim excedit enim facultatem virtutis mee
ad satisfaciēdū pro eo

Quis est homo qui timet dominus
timore filiali. i. qualis et quantus quasi di-
ceret. iste est summe commendandus. q̄nā
deus statuit ei legem diuinam et natura-
lem que dirigunt eum in via iusticie que ē
prē omnibus eligenda quam voluntarie
elegit seruandam vt sciat quid agendum
et qd cauedū sit.

Anima sic timentis deum et amanti post
dissolutionem corporis. et si non immedia-
te consequatur perfectam beatitudinem re-
cipiens simplam stolum vsqz ad resurrecti-
onis tempus nihilominus interim demo-
rabitur in bonis glorie deum videndo.
amando et laudando et opus bonus ei⁹
hereditabit solidam hereditatem in
staurati corporis quando in resurrectione
stolum glouificati corporis recipiet

Firmamentum est dominus timen-
bus se stabilit enī eos in fide sua et firmat
in bono ne vllis temptacionibus succubāt
q̄bus etiam testamentaria dispositi-

one dedit qz manifestabit se illis in q̄
est summa felicitas

Oculi cordis mei seper ad dominum
de cuius grana confido. q̄ euellet affect⁹
meos de laqueo dyaboli a quo prius p
voluptatibus seculi capiebar.

Quia oculi mei sunt ad te domine. **R**espi-
ce in me pietatis affectu aspicientem te et
miserere mei in effectu. locus enim est mi-
sericordie quoniam vnicus sine auxilio a-
micosum et pauper a mundi rebus sum
ego

Item miserere mei. quoniam **T**ribula-
tiones cordis mei multiplicatae sūt
et de aduersitatibus exterioribus que i
euitabiles sunt his qui pie in xpo viuere
volunt erue me

Elide humilitatem meam in cor-
de et babeam gratam et laborem meū
in corpore et his sacrificijs placatus dimit-
te vniversa delicta mea

Respice inimicos meos ad rep̄mendū
eos quoniam multiplicati sunt non solū
fons infideles sed etiā intus in ecclesia non
desunt falsi xpiani et odio iniusto et sine
cā oderūt me sine inēmissiōe me pleq̄ntes

Custodi animam meam ab eorum
fraudibus ne declinē ad seq̄la eoz et erue
me si forte insurgant aduersum me et si nō
per aliud saltem ideo vt spes mea quam
babeo de te non sit mihi ad cōfusionez
Ideo erue me. quia **B**oni adheferūt mi-
hinam innocentes qui nec actu nec volū-
tate nocere voluerūt et recti qui in bono
proficere studuerunt adheferunt mihi.
consensione cordis et vnus volūtatīs quia
sustinui te patient aduersitates sustinēdo
Libera de⁹ israel populum tuum quez
ad tuam visionem predestinasti ex omni-
bus tribulationibus suis quib⁹ interi-
us vel exterius opprimur.

Psalmus. XXV. in quo orat iu-
stus a consortio malozum separari.

Hoc viri iusti
Doica me do-

mine iudicio discretionis discernendo me a peccatoribus condemnandis quia innocenter in cessi viā huius vite et in domino confidens non infirmabor deficiendo ab innocentia mea.

Beati domine quia innocens ego sum. **Proba** me tribulationes immittendo notum me fac pbatum et hoc non ut innotescat tibi qui omnia nosti. sed mihi et alijs. quod postquam feceris vix cogitationes meas igne spiritus sancti et si quam viciorum maculam in me inueneris hanc oro exire hanc spiritus sancti calore consume.

Tempta me et vix dico non presumptiue dico sed ut emendationis gratia. quoniam misericordiam tuam toto corde intueor quia magna sit et dulcis et in bonis tuis in quibus est veritas et iusticia complacui fiduciam habeo quod non lines me supra vix meas temptari

Quia complacui in veritate tua. **Non** approposui cor meum aut consensi consilio eorum qui in transeuntium rerum que vane sunt fruitione beatitudinem ponunt quod est omnium iniquitatum causa. et ideo etiam cum iniqua gerentibus. scilicet hereticis aut scismaucis qui questionibus perfidis scripturas diuinas deprauare contendunt non me associavi eorum doctrinis aut impietatibus comunicando

Non tantum vitai consilium malorum sed etiam diuini congregatorum ipsarum malignarum in malo perseverantium et cum impijs qui cultum dei impugnant placitum non habeo.

Sed inter innocentes conuersabor inter quos positus. **Lauabo** et mundabo per penitentiam a cunctis viciorum sordibus opera mea et mentes in quataquam in altari sacrificium spiritus conturbati tibi offero circūdabo virtutibus et bonis moribus quasi ornamentis ornando.

Conuersabor inter innocentes ut auidiam et addiscam eorum exemplo et in instructione quomodo te laudem et cum didicero exponam alijs aliqua de tuis operibus que omnia sunt mirabilia

Et si ecclesia tua adhuc habeat malos admixtos cum bonis. ego tamen. **Domine dilexi** in ecclesia tua bonos et sanctos qui vita et doctrina decor domus tue sunt et locus habitationis glorie tue quod non suam sed gloriam tuam querunt.

Et quia ita me habui ita dilexi domum tuam oro **Deus.** **Ne** perdas cum impijs qui pietatem et cultum tuum abnegant animam meam perdendo vel puniendo eam nec cum viris qui carnaliter viuunt et primum oderunt vitam meam quia me valde dissimiles sunt.

Quorum opera iniusta sunt et iniqua et dextera eorum repleta est muneribus pro quibus iusticiam et iudicium inuenerunt innocentes condemnauerunt peccauerunt vel interfecerunt.

Ego autem innocenter per studium sancte vite ambulavi et de libera mea positione impiorum futura et in periculis huius vite misericordia tua non deserat me. sed in omnibus me comitetur.

Hoc fac domine. quia dilectio mea et affectio que facile labi solet non recessit a rectitudine et fidei et iusticie inter concutientes hereses et mundi grauer seuentes angustias semper stetit immobilis et persistens in directo itinere mandatorum tuorum. et ideo miserere mei. quod si feceris quod diu ero in congregationibus hominum publice benedicam te domine laudando et glorificando pro beneficijs tibi collatis a te.

Psalmus. XXVI. in quo vir iustus petit a deo gratiam ut sic in presenti pugnando preualeat contra hostes spirituales ut perueniat ad regnum.

Propheta exultans docet quem quoniam hominum non timere quoniam a deo fuerat illuminatus ait.

Dominus illuminatio mea illuminans et docens me contra tenebras ignorantie et fortitudo salutis